


44

Christiana stu-

diosæ iuuætutis institutio, per Chri
stophorum Hegendorphinum,

De disciplina &

institutione puerorum Othonis
Brunfelsii Parænesis.



PARISIIS
Apud Mauricium de Porta.
M. D. XXXVII.

C H R I S T O P H O R V S
Hegendorphinus Paulo Lobas-
fer suo S. D.

I Nuitus quidem, optime Paule, istam pie
iuuenturem instituendrationem edo:
sed quid facerem? cum pueri mei rogare
dicām, an eſſlagitare, vt ederem, non desisterent
morem illis gessi. faxit Deus Opt. Max.: vt tam
omnibus bonæ mentis iuuuenibus proficit, quā à
me pio sane animo conscripta est. Copiosius ple-
raque tractari defyderabant: sed mihi in tantis
studiorum turbis, ad id tempus non erat. Non
dubito, quin plerique me & eloquentia & erudi-
tione longè superiores, verbosius istam comœ-
diam acturi sint. Mihi sat est protas in suppeditaſ-
ſe: qui volet, catastrophē imponat. Tibi, mi
Paule quicquid est libelli, dedicatur: tum quod
te amo plurimum, tum ut amoris erga te mei
habeas. Bene vale.

CHRISTIANA STV- diosæ iuuentutis institutio.

V V E N T V T B M E S S E Q V A
uis bestia intractabiliorem omnes cona-
I queruntur: nec, vt quotidie experimur,
miuria. Ecquis enim non videt, quam
iuventus ægre sub fræno currat: si iubetur
vt sobria sit, ipsa, temulentia se ingurgitat: si
hortatur vt rebus serius nauet operam, ipsa cho-
reis, ludis spectaculorum intendit animum: si ex-
timulatur vt pecunia parcat, ipsa pecuniam pro-
fundit. Quid vero commemorem de scortatio-
nibus: quibus iuventus, proh dolor, est deditis-
sima? Quid dicam de sermonibus, quos iuvenes
vltrò citróque cōserunt? Horreo dicere execra-
tiones illas quibus & se, & suorum capita deuo-
uent, detestātur, dum alter alteri vt passio-
C H R I S T I, suo capiti exitio sit, imprecatur
alter morbū illum regiū, vulgo morbum Valeri-
tini vocant, suo cōgerroni optat. Et licet pleriq;
verberibus afficiantur, tamen cum primū verbes-
rum inflictus in cute dolere desierūt, ad ingenia
redeūt. Nō desunt publicæ leges, maximè in A-
cademiis, quæ iuuentutē à peccādi licētia deter-
rere deberent: sed quantum obsecro his legib⁹
proficitur: quantū si surdis fabula narretur. Mez-
ritò igitur iuventus quavis bestia intractabilior
esse cōqueritur. Sed vereor ne nō ista intractabi-
litas plerunque nō tā iuuentuti, quā parentibus;

Parētes, præceptoribus, quibus creditur, imputanda sit.
Præce- Etenim parētes filiū nudis verberibus ad bonos
ptores, in mores nolētē volētem adigere conātur: quōd si
tractabili his parū promouēt, filiū suū pertinacie relin-
tatis iuuētatis au- quunt. Præceptores nō aliā quam parentes disci-
pulorum curā sumunt. si enim delinquunt pueri,
thores, vel virgis in eos animaduertunt: vel si maiores
sunt, quām vt virgis cædi velint, obiurgant: vbi
nec verbis nec verberibus meliores sūt iuuenes
suo ingenio relinquuntur. Cæterum quinā, obse-
cro, iuuenes vel bene iuuere, vel si peccarint, ad
meliorē frugē redire possunt: dū nō peccusillorū
optimis opinionibus imbutū sit: Sic enim ferē
viuimus, vt sunt opiniones, quas nobis veras es-
se persuademus. Accedit huc, quōd cū propter vi-
tiatas vires humanas ex geniali protoplatti pec-
cato, homines citius ad mala quām bona propē
deant: alia profectō via iuuentus tractanda est,
vt virtua pertesa, virtutum studio capiatur. Nec
enim est quod animū inducamus nostrū, nos vel
fustibus vel virgis à iuuentute extorturos vt recta
faciat. Malo coactus qui suum officium facit:
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet.

Terētius Si sperat fore clām, rursus ad ingenium redit.
in Adel. Ecquid igitur opus factō erit, quo à iuuentute
impetretur, vt quod se dignū est, faciat? Mea hec
est ratio, & parentes & præceptores, iuuentutē
Fructus nulla alia re quām diuino verbo domare posse.
verbi dei Principio Verbum dei, Deū ob oculos ponit. Do
primus. cet enim hominem sola diuina misericordia per

CHRISTVM seruari Ad Romanos 3, Iusti
ficamur autē gratis per illius gratiā, per redēptio
nē, quæ est in C H R I S T O I E S V . Psal. 30, In
iustitia tua, hoc est in misericordia libera me do
mine. Deinde vbi deum ob oculos nobis posuit Secūdus
erudit nos, hoc est immittit crucem, mortificat fructus.
sensum carnis. Isa. 8, Sicut in manu forti erudi
vit me, ne irē in via populi huius. 2. ad Timoth.
3, Omnes qui volūt piē viuere in CHRISTO:
persecutionē patiūtur. Postremo, verbū illud τοῦ Τertius
θεος cum cruce, obseruationē sui adfert. Plutarχ
chus (liceat mihi sacra cū prophanis cōparare)
scribit de Telepho, quodvt Achillis hasta vulne
ratus sit ita quoque eadem hasta vulnus curarit
Hoc verbum illud Dei quoque fecit, nam vulne
rat, & mox vulneribus medetur. Crucē adfert,
& crucem tolerabile reddit. Omnia enim quæ
scripta sunt, ad nostrā consolationē scripta sunt,
vt per patientiā, & consolationem scripturarum
spem habeamus. Ad Romanos 15, Et hoc est
quod sui curam pectoribus nostris ingerit. Vul
go dici solet, Hominem sese ad arborē istam de
flectere, quæ ramorum opacitate umbrā faciat,
quo significatur illius rei curam haberi, quæ no
bis opituletur. Verbum illud cum unicum sit in
cruce nostra remediū, meritō obseruat, meri
tō excolitur. Accedit his cōmodis & illud quod
verbū Domini prudentiam spiritus noſ docet,
quæ actiones externas gubernat, quæ de rebus
externis prudenter iudicat, denique quæ omnis

bus cupiditatibus contemptis, spretis, solius diuinæ voluntatis rationem habet: nihil, quod sibi cordi est, affectat. Quis nunc non intelligit solū Verbum Domini iuuentutem tractabilem facere posse, siquidem illud Verbum, præterquam quod docet quid hominē Christianū deceat, energiā quoque tacitam præstandi quod docet, suppeditat, adeo quod homo non vlla vel mercedis spe, vel formidine pœnae, sed ultrō & gratis quod dignū sit professione sua, faciat. Quod cum ita sit, & parentum & præceptorū erit officium, teneris puerorū mētibus, efficaces illos diuini Verbi ſecos iſillare, quos si imbibent, mirum ni trahibiliorē iuuentutē habentur ſunt. Isaiae 55, Quoniam dodescēdit imber, & tix de cælo, & illuc ultra non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare facit, & dat ſemen ferenti & panē comedēti, ſic erit Verbum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuū, ſed faciet quocunque volui, &c. Hinc eft quod Paulus Ephesios capite vltimo hortatur, vt accipient gladium ſpiritus, qui eft Verbum Dei. Nulla enim alia res eft, qua homo vel ad vitam ſuā formādā vti poſſit: nihil aliud quo ignita diaboli verba extingueſ valeat, præter vnu Verbum Domini. Verba hominum, vitā quidē formant, ſed hypocriticā, ad diaboli vero iſuſtus propulsandos, tantum faciunt, quantum fulgur ex peluſ emicans ad profligandā iſtructā aciem. Pluribus hic immorariſ, niſi vereret ne quis illud in

me iacerē posset, ἐν τῷ μεσοῖ μετέπειτα τὸν λόγον.
Ego certe, ne non me officio faciā satis, primū
quædam ē Sacris literis petita, iuuenibus propo-
nam: ad qua si iuuenes studiosi vitam composue-
rint, non dubium mihi est quin tractabiliores
sint futuri. Initio leges τοῦ Δικαιλόγου proposi-
tam, partim quod Deus Deutero. io. iubeat popu-
lum suum ut verba legis filios suos doceant ut il-
la meditentur, partim quodd ex illis legibus iuue-
tus Christianæ vitæ rationē cōsequi poteat. hic
enim quid Deo, quid proximo debeat, doceb-
tur, Obiter quoque quibus in baptismo votis
Deo obstrigamur, admonebo. Deinde, studiaque
dam iuuenum priuata ostendam, Postremo à vi-
tiis, iuuenibus Christianis indignis, iuuenes de-
hortabor.

TABVLA DECALOGI.

Lex est cognitio peccati, Ad Romanos 3.

EXODI XX.

Lex prima.

**Non habebis deos alienos coram me ,hoc est
vni deo fide, vnum deum dilige , vnū deū time,**

SECVNDA.

Cae ne nomen Dei temerē usurpes, hoc est,
nōmē De laudibus tolle: tā in prosperis quām in
in aduersis rebus, si in periculis versaris, confuge
ad nomen Domini velut ad fīgāv̄ ἀγκυρāv̄, vt
Græci dicunt.

TERTIA.

Sabbatum sanctifica, hoc est, Deum in te operari finito.

1. iii

SEQVNTVR LEGES: QVAE
QVID PROXIMO DEBEA-
tur, docent:
PRIMA:

Honora patrem & matrem, hoc est, parentis
bus tuis, magistratibus, superioribus tuis obtēpe-
ra, illos reverēter cole, illos reverēter time: parē-
tes tuos, vbi egere videris, cibo potūq; subleua.

SECUNDA.

Ne occidas, hoc est, ne sis bilinguis, ne te ami-
cū lingua simula, ne in pectore simultatem ale: si
amas, ex corde ama. Ne proximo inuidias, vbi il-
lius res crescere videris. Ne proximī famam ar-
ro carbone notes. Ne iti absentem cōvitiolus sis
ne iram, ne simultatem cum illo exerceas.

TERTA.

Ne adulterium exerceas, hoc est, Cohibe ocu-
lorum petulantiam, comprise obſcenitatē ver-
borum, Ne cydenico gestu, vel fœminam, vel
puellam in amorē turpem allice. Ne spurcis co-
gitationibus æstues.

QUARTA:

Non facies furtum, hoc est, Proximum tuum
opibus, consilio, eruditione, & (vt in pauca redi-
gam) quacunque re poteris, adiuua. Da omni pe-
tenti abs te mutuo, etiam citra omnem spem te
cuperandæ pecunia.

QUINTA.

Ne loquaris falsum testimonium, hoc est, Ne
mendacius os tuum scateat. sermo tuus sit, sic sic,

non non, te candidum, te dexterum illis, quibus
cum congrederis, ostende.

S E X T A.

Non concupisces domum proximi, ne vxore,
ne in mala ruas, Rerū terrenarum sis negligens:
quaꝝ sursum sunt curato.

Ex his legibus dicit iuuētus quid Deo debeat:
debet verō Deo fidem, laudem, tolerantiam eius
operum. Dicit & quid proximo debeat, nempe
charitatem, quam qui seruat, legem impleuit. Si
quidem illa, non adulteraberis, non occides, non
falsum testimonium dices, non concupisces, & si
quod aliud praeceptum in hoc sermone summa-
tim comprehenditur, Diliges proximum tuum
sicut te ipsum. Dilectio proximi, malum nō ope-
ratur. Ad Romanos 13.

I N B A P T I S M O H I S V O T I S
deo obstringimur.

Ego renuntio diabolo, & omnibus operibus
eius. Credo in Deum patrem omnipotentē, crea-
torem cæli & terræ.

Credo in I E S U M C H R I S T V M vnicū
filium eius. Credo in spiritū sanctum sanctā eccl-
esiā catholicā, sanctorū communionē, re-
missionē peccatorum, carnis resurrectionē,
& post hanc, vitam æternam.

Hic locus postulat, vt obiter iuuēt uti & sym-
bolum apostolicum, & Dominicam orationem
exponā, illud, vt quid, & cui credat, probè sciat,
hanc, vt quid ore, compertum habeat.

EXEGESIS PARAPHRASTICA
symboli apostolici.

Credo in deum, & illum quidem clementissimum patrem, omniū rerum & in cælo & in terra conditorem. Credo & in Iesum Christūvnicū filiū eius, nos enim nascimur filii iræ, adoptamur verò inter filios Dei per fidem quæ est in Christo, qui nostro nomine, citra virilē operā, de spiritu sancto invtero purissimæ virginis cōceptus, ex eadē virginē natus est, Filius hoīs fit Christus, vt nos filios Dei reddat. Nascitur ex purissima virginē, vt nostras sordes diluat. Patitur sub Pōtio Pilato propter scelera nostra. Crucifigitur deleto chirographo, q̄ erat cōtrariū nobis per decreta: & illud suitulit ē medio. Ad Col. 2. Affixus cruci moritur, vt per mortē, vitâ in lucē produceret, ac imortalitatē per euāgeliū. I. Timothi. Sepeliturq; nos cū illo sepulti per baptismū in mortē, in nouitate vitæ ambularemus. Ad Ro. 5. Jeſcendit ad inferna, vt inferni tyrānidē expugnaret. Ad Ro. 4. Tertia die viator mortis, inferni, diaboli resurgit, propter iustificationē nostri, vt qui credimus in eū, nō pereamus, sed habeamus vitâ æternâ, vt & nos in illo vincamus mortē, infernū, diabolū. Iohan. 3. Ascēdit ad cælos, vt illic apud patrē intercedat pro peccatis nostris, vñus. n. mediator ē Dei & hominū, qui ē Jesus Christus. Ascēdit ad patrē vt dona hominib; impartiaret. I. Tim. 2. Ascēdit ad patrem, vt & nos in ipso ascendamus. Ephe. 4. Ascēdit ad

cælos, sedet ad dexteram Dei patris, patri æqualis, cum patre omnipotente omnipotens filius, Deus benedictus in secula seculorum. Amen. Qui tempore, quo sibi visum fuerit, iudex aderit tam viuorum, quos repentinus eius adventus deprehendet, quam mortuorum, qui ad vitam reuocabuntur.

Credo in spiritum sanctum, verum deum, & à patre & filio promanantem, qui sanctificat omnia, extra quæ est sanctū nihil. Credo sanctam ecclesiā catholicā, quæ est cōmuniō sanctorū credentium in Christum, qui est caput sanctorū. Sanctam quidē ecclesiam credo, quod à spiritu sancto gubernetur. credo istam ecclesiam à Christo accepisse claves, potestatem ligandi & soluendi peccatorum, quæ est per redemptionem sanguinis christi, qui nobis à Deo datus est redēptio, iustitia, sanctificatio. Iohā. 6. Credo carnis resurrectionē. Credo omnes homines corpore isto, quo iam vtuntur, sepulto, à vermis terræ corolo, vel quoquo tandem modo, corrupto, avertā resurrecturos. Ad Ro. 3. Credo & post vitam, quæ est bulla, vitam æternam quæ est per Christum, quivna cum Deo patre, spiritu sancto Deus per omnia secula seculorum.

P A R A P H R A S I S D O- minicæ orationis.

O benignissime pater, & quidem pater cōmunitatis omnium nostrum qui in te credimus, qui in

caelis a nobis filii tuis, tam longe peregrinaris;
da queso, qui tuus es in nos filios credentes af-
fectus, ut nomen tuum sanctificetur, ut quicquid
dicamus, faciamus, cogitemus, audiamus in tuam
gloriam transcribatur, ut nomine tuum in nobis
fiat sanctum. Eripe nos obsecro e regno Satanæ
regno omnium vitiorum, & transfer nos in re-
gnum tuum, regnum virtutum omnium gratia-
rum. Tu in nobis fiat voluntas, nostra volūtas
admodum vitiata est, adeo ut nihil nisi quod ti-
tillet, querat, proinde tua fiat voluntas, tu nobis
scū, quicquid tuæ maiestati arriserit; si voleas nos
miseros, opulentos, fiat tua voluntas, non aliter
nobiscum in terris, atque in caelis, cum caelicolis
tuis. Panem nostrum quotidianum, panem Euau-
gelicæ doctrinæ, panem corporis C H R I S T I
da nobis, qui in hac scelerum lerna, inter tantas
cruces sine tuo pane durare non possumus. Da
verò nobis quotidie, quotidie enim nos iam a car-
ne, iam morte, iam diabolo delassamur, resocilla
ergo nos quotidie purissimo Euangeliū pane, pas-
ne corporis C H R I S T I, qui nos se uno sis-
tere faciat. O pater, cum scias, quam nemo
nostrum non multis obnoxius peccatis sit, re-
mitte noxas nostras, veluti remittimus illis, qui
aduersus nos delinquunt. Et ne nos inducas in
tentationem, ne sisas nos vinci machinis tenta-
tionum. Sed libera nos a malo, ab omni quod
nobis malum dare potest. Amen.

PARAPHRASIS DOMINICAE orationis Philippi Melanchthonis.

Nihil maius, nihil efficacius oratione, id quod
CHRISTVS testatus est, Quicquid petieris, &c. Porro oraturos oportet sic affectos esse
Primum accendi promissione, Petite, & dabitur.
ut sentiant hanc esse voluntatem dei, qui velit exaudiendo testificari de se apud nos, & fidem nostram corroborare. Hic est vere experiri voluntatem patris erga nos.

Huc non peruenit iustitia mundi, aut hypocrisia operaria, quam prudentia mundi, pietatem interpretatur.

Deinde necesse est cor cernere, & sentire se egere iuxta illud, Esuriētes impluit. Quid enim petas, si te egere non existimes? ut hoc posse est meta, simulare preces: & fastidire, aut saturum esse: & contemnere dona Dei, quae petas.

PATER NOSTER.

Cum patrem vocas, fidendum est vere, quod te respiciat, quod curas sis ei.

QUI ES IN CAELIS

Esse in caelis, est implere omnia, regnare, praefato adesse, alere, & gubernare, & vegetare omnia

Hic locus ad cognitionem creationis pertinet
Porro cognitio creationis est vere sentire, non imaginaria phantasia, Deum adesse opitulatore alentem, seruantem, &c.

Hæc cum cor sentit, tu demum intelligis quid interfit inter humanas de Deo opiniones & fidem

S A N C T I F I C E T V R :

F Sicut primo præcepto exigitur ut cognoscamus Deū, ita primum h̄ic precamur ut cognoscamus. Et verbum S A N C T I F I C E T V R , significat id quod cognoscatur.

Quomodo: Nos pro nostro iudicio & rationis arbitrio fingimus Deum nec verē iudicantē, aut seuerē vlcitcentē, nec tā propinquū opitulatōrē, quā est re vera. Sic cogitat ratio, Non iudi-
cat tam crudeliter quā fingunt: non iuuat nos tā
benignē quam polliceri videntur Sacræ literæ,
Rogamus igitur vt ostendat nobis quām sit ves-
ré seuerus iudex, quomodo damnet, nostra abi-
ciat. Quām sit item propinquus seruator, opituz-
lator . Huc pertinent preces in psalmis: vbi ro-
gatur, vt vultum suum illustret super nos, id est
ostendat nobis.

A D V E N I A T R E G N U M T V V M :

Id est, tu regas nos. Valde inepti sunt, qui ima-
ginantur C H R I S T I regnum ad mortuostā
tum pertinere, cū dixerit Paulus, traditurum re-
gnū patri C H R I S T V M post iudiciū. Ergo
interea regnat, hoc est in viuis , id quod monet
propheta, Sedere C H R I S T V M in throno
Dauid: hoc est præsentes iam regere . Precamur
itaq; vt cū Satan princeps mudi, iā hūc, iam illū
subigat, excæceret, &c. Christus nos regno Sata-
næ ereptos, regat, ducat: ne temerē labamur, et
remus, &c. Sic ad Ephesios Paulus dicit nos trāf-
feri in regnum filii Dei ex regno tenebrarum:

3

F I A T . V O L V N T A S T V A I N terra sicut in cælo.

Id est, Fiat ut tibi obtemperemus, quemadmo^{dum} in cælo angeli obtemperant. christus, porro hæc opponit Ioannis vltimo, Alius accinget te, & ducet quod non vis. nos pro nostro iudicio & ratiōe aliās aliā viuendi agendīque rationē inimus. Prec amur autem ut potius Dei voluntas de nobis fiat, quam nostra. Nihil est miserabilis us, quam in omnibus rebus faciendis aut suscipi endis, consilio carnis vti.

Debemus esse vas in quibūs operetur Deus: nō debemus eius voluntatē consiliis anteuertere Sic. C H R I S T V S nō vlciscitur se, sed permittit voluntati patris. Sic Paulus nō proficietur ad Macedones nisi vocatus. ne morti quidē se obiicit, donec videt esse volūtatē Dei, Iosias bellū suscipit, quāquā sanctus rex, prauertēs voluntatē Dei: quare infeliciter succedit. Et hac de re præcipit Paulus, Quicquid fit non ex fide, peccatū est, id est, nihil est suscipiēdum quod nō confidas Deo probari. Bonū est viuere in desereto, at quā scis vtrum Deus approbet?

P A N E M N O S T R V M Quotidianum
Id est omnia quæ sunt corpori necessaria, eruditio nem, famā bonā, victum, valetudinem, &c. quorū sit mētio, Matth. 6, hæc omnia addentur. Sed hīc vide qualem velit esse fidē in nobis, nēpe quæ sentiat verē illa diuinitus dari iuxta illū Matth. 6. locum: & Psal. Tu das escam, &c.

Porrò hic explora pectus tuum: planè senties
ita statuere pectus, hæc vel forte obuenire vel
parari humana industria.

Hanc impietatem damnat ac iudicat Euange
liū: quare frustra orabis si fides desit: si negat pe
ctus, illa à Deo dari.

DIMITTE DEBITA.

Quum petimus dimitti debita, sentiendum est,
verè velle Deum ignoscere nobis. Hic te rursus
admoveo impietatis tuæ: nā cordi nihil minus
persuaseris, quām verè Deum serio ignoscere:
Propterea & signum adiectum est, quo testatur
Deus de sua voluntate, in quo confirmat imbe
cillitatem & diffidentiam nostram. Quod signū
Remittenti remittuntur.

NB NOS IN DVCAS IN tentationem.

Hic memineris loci τοῦ ωγυρά, Diabolus tā
quam leo rugiēs circuit, querens quem deuoret.
Ergo cum huusmodi infidiis vallati sumus, pre
camur, ne labi nos finiat pater. Præcamur autem
non vt ne tentemur, sed ne in tentatione succum
bamus: quemadmodum Iob seruatus est.

SED LIBERA NOS A MALO:
Rogamus eripi ab omnibus mundi malis, &
versari in malis mundi profitemur. Amen.

Q VIBVS STVDIIS IVVENES
occupari debeant.

Hic nō opus est recēscere prophana studia, quibus
iuuentus se exornare debet; cū Fabius, Rhodolz

phus Agricola, Erasmus, optimarum literarum principes, multis libris copiosissime persequantur. Nos ea tantū referemus, quæ ad excolendā vitam formandosque mores faciunt.

PIETAS.

In primis puerō cura sit pietas, quæ est rectus Dei cultus, qui constat fide, amore, spe, erga Deum indubitatissima. De pietate ita loquitur Paulus, pri. ad Thimot. 4. Exerce temetipsum ad pietatem: nam pietas ad omnia utilis est, ut quæ promissiones habeat vitæ præsentis, & futuræ.

SACRARVM LITERARVM studium

Iuuenis Sacras literas nocturna verset manu, verēque diurna: simul quod nihil ad confirmandas conscientias melius sit: simul quod ex his aduersus omnia vitiorum genera, præsentissimam antidotum reperiat. Si te vexat vesana libido, utilis erit locus Pauli prima ad Corinth. 6. Fugite fornicationem: omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est. sed qui scortatur, in proprium corpus peccat. Et ille, prima ad Theſſalonenses quarto, Hæc est voluntas Dei, sanctificatio veltra, ut abstineatis a scortatione. Hi & similes loci saeva libidinis int̄ cendia restinguunt. nec enim literæ Sacræ moruent solum: sed & robur faciendi, quod moruent per spiritum sanctum suppeditant. Quod si prorsus libidini nullis Sacris literis imperare posses, duc vxorem: melius enim est yuxiūdari, quam b.i.

τρύπου θα, vt Paulus prima ad Corinthios 7.
inquit, Si te lingua petulentia, lingua obscenitas sollicitat, reputa quod dixerit CHRISTVS,
De omni verbo otioso rationem reddetis. Reuo
ca in memoria quod scribit Paulus ad Ephesios
quarto, Omnis sermo spurcus ex ore vestro ne
procedat; sed si quis est bonus ad ædificationem
Si ludibundi tui sunt oculi, si mulierum & virgi
num amoris illices, reputa illud quod dixit I E
S V S C H R I S T V S Matth. 5, At ego dico
vobis quod quicūq; aspicerit vxorē alterius, ad
concupiscendā eam, ja a adulteriū cum ea cōmisiſt
in corde. Ad Paulus prima ad Corinthios sexto
dicit, Neq; seorsatores, neq; adulteri, regni Dei
hæreditatem accipient. Si lubenter ebrius es, co
gita quod C H R I S T V S Lucæ vicesimo 1.
dicat, Ne grauētur corda vestra crapula & e bri
etate. Succurrat illud Pauli prima Corinthiorū
6, Ebriosi, regni Dei hæreditatem nō accipient.

S T V D I A V O C A T I O N I S.

Ioannis vltimo dicit C H R I S T V S ad Petru
sollicitum, quid iam cum Iohāne futurum esset,
Si eum velim manere donec veniam, quid ad te:
tu me sequeris. Paulus prima ad Corinthios 7.
Vnusquisque in eo, in quo vocatus est, maneat.
hi loci nihil aliud volunt, nisi vt quilibet suæ
vocationis curam sumat. Si iuuenis es, si huic vel
isti studio destinatus, tua inuenturis, tui studii
rationē perseguere, vt cum diligentissimè. Iuue
tutis verò sic rationem habueris. Si deū patrem

omnium misericordia imploraueris, quo per spiritum suum vitam tuam ab omni labore impollutam custodiatur. Inuentutis rationem habebis, si caueris ne malorum contubernio corruparis: ne mulierum astu ad prauam libidinem alliciaris, quae & te perdat, & patrimonium effundat. Studii verò curam habere videberis, si vel medicinam, vel iuris prudentiam, vel denique sacrae Theologiae studio destinatus, totus in hoc sis, ut parentum expectationi facias satisfactionem. Porro si & vita ratione, & studiorum curam habueris, credes te a Deo placere, quam si quotidie etiam aebous vivi totum Psalterium pernumerares. Ecce clesia. 9. Omnis tempore sunt vestimenta tua candida: hoc est, oia quae facis, in fide facito, ut Paul. exponeat, persuasus haec deo placere, quam quam maximam.

O B S E R V A T I O H O M I N V M

Iuuenies, seniores ut patres obseruent: iuniores ut fratres: mulieres natu grandiores, ut matres: iuniores ut sorores, cum omni castitate honoras habent & viduas, qua vere viduæ sunt, prima ad Timotheum quinto. Non opus est hinc admonere iuuenies, ut parentibus, præceptoribus obtemperent, his iusti honoris pensum persoluant, cum supra in τοις δικαιοσυνης legibus ea & doceantur & iubentur.

Q U O R V M consuetudo vitanda.

Hic omitto varias prophaniorum scriptorum sententias, quae docent, nos tales esse, quales illi sunt, quibus cum congregimur. Audiamus C H R I S T V M, quorum cotubernium nos fugere velit, Matth. septimo, Attendite a falsis prophetis. Et

b. iii.

Lucæ duodecimo, Cauete à fermento Pharisæorum quod est hypocrisis. Hic discant iuuenes quorū in primis cosuetudinē, quorum doctrinam visitare debeant, nempe. Τευχοποιητων. hoc est illorū qui se prophetas quidē, hoc est, veros verbū diuini interpretes ostentant, sed nihil minus sunt, quām quod pollicentur Visionem enim mendacem, & diuinationē fraudulentā & seductionē cordis sui prophetant. Iere. 14, Docet & cauendum à fermento Pharisæorum, hoc est, doctrina falsa, corrupta. Nihil enim pestilentius peruersa doctrina, ut quæ optimam partem hominis, cor, inficit, quo infecto, totus homo nihil se dignum vel dicit, vel facit. Fugiet iuuenis illorum commercia, quibus non nisi de Venere, scortatione sermo est, hi sancti, veluti Cetias nubes, ita & illos quibuscū rem habent, in eadem spurcitiam attrahunt. Exemplis vterer, nisi res ipsa ostendere ret multo verius esse, quām vellemus. Nec multum rei habebit cum illis, qui non nisi bella iactant, quibus citius Mars quām Pallas in ore est. Breuiter, illos declinabit, qui se non meliorem, sed deteriorē facere possunt.

L I N G V A.

In primis cūret iuuenis ut lingua sua commode utatur. Ut olla tinnitu, ita ex lingua cor hominis cognoscitur, Paulus ad Ephesi. 4, Omnis sermo, inquit, spurcus ne ex ore procedat, sed si quis est bonus, ad adiunctiones. Auditis iuuenes sermones spurcos non proferēdos, quod mētē

aliorum quibus cum sumus, offendat. Scite enim
Poeta quidam dixit, Verba mouent animos. Lo-
quendus vero sermo bonus ad ædificationem, hoc
est loquendum est illud, quod in rem proximi esse
potest, veluti est sermo de Sacris literis, de hone-
stis literarum studiis, hic sermo bonus est, hic ser-
mo, òmōdōmē.

B E C R A T I O.

Hic horreo dicere de execrationibus, quibus
Iuuenes se iuxta ac aliorum capita deuouet. Inter
alias verò execrationes, illa est facile horribilis-
sima, Das mich, das dich, gots marter schende.
O bone I E S V, debetne tua passio nobis oppro-
brio esse, quæ omnem gloriæ inuenit? A page cù
istis nebulonibus, qui salutare illud *ιλαστρίου*
vt Paulina vocevtar, in suum aliorumque interi-
tū vertut. Animaduertitur legibus imperatoriis
in illos qui maiestatē regiā lèdunt. Ecquur non
etiā in illos nefarios publicis legibus animaduer-
tunt magistratus: qui regem regum, dominorum
dominum I E S V M C H R I S T V M, tam
magna execratione dehonestat. Moses non vult
vt maledicatur principi populi, ecquur nos illos
maledicos C H R I S T I in vrbe toleramus? Præ-
tereò hinc alias execrationes, quæ non parum quo-
que horribiles auditu sunt. At Iuuenes boni, me-
minerint illius, quod Paulus ad Ephesios quarto
scribit, Maledicentia tollatur de ore vestro. & il-
lius ad Colossenses tertio, Omnem deponite ma-
ledicentiam de ore vestro.

b.iii.

IN SIGNES LOCI E SCRIB

pturis sanctis.

Ad Romanos 4,

Qui traditus fuit propter peccata nostra, &
excitatus propter iustificationem nostri.

Ad Romanos 6,

An ignoratis, quod quicunque baptizati sumus in
C H R I S T V M I E S V M, in morte eius ba-
ptizati sumus? Sepulti igitur sumus vnam cum illo per
baptismum in mortem, ut quemadmodum excitat-
tus est C H R I S T V S ex mortuis per gloriam
patris, ita & nos in nouitate vita ambulemus.

Iohannis 3,

Qui credit in me, non condemnatur, qui vero non
credit, iam condemnatus est: quia non cre-
dit in nomen unigeniti filii Dei.

Iohannis 14,

Ego sum via, & veritas, & vita. Nemo venit
ad patrem nisi per me.

Eodem capite;

Non relinquam vos orphanos,

Iohannis 15,

Vos amici mei estis, si feceritis, quicunque ego
principio vobis.

Iohannis 16.

Quae cunque petieritis patrem in nomine meo,
dabit vobis.

Prima ad Corinth. 1,

Ex eodem autem vos estis in C H R I S T O I E
S V, qui factus fuit nobis sapientia a Deo, iustitiaque,

& sanctificatio & redemptio.

Prima ad Corinth. 7.

Propter stupra vitanda, suā quisque vxore habeat
Ad Galat. 2,

Et nos in C H R I S T V M I E S V M cre
didimus ut iustificaremur ex fide C H R I S T I, &
non ex operibus legis. Propterea quod non iusti
ficabitur ex operibus legis omnis caro.

Ad Galat. 6,

Inuicem alii aliorum onera portate, & sic co
plete legem C H R I S T I.

Iacobi 2,

Quemadmodum corpus absque spiritu mor
tuū est, ita & fides absque factis mortua est.

Ad Roma. 12,

Precationi instantes, necessitatibus sanctorū
communicantes, hospitalitatem sectantes, bene
loquamini de iis, qui vos insectantur. Gaudete
cum gaudentibus, flete cum flentibus.

Ad Roma. 13,

Omnis anima potestatis excellentibus
subdita sit. Non enim est potestas, nisi à Deo.

Matthæi. 22,

Redde quæ sunt Cæsaris Cæsari: & quæ sunt
Dei, Deo.

Prima Petri 2,

Christus afflictus est pro nobis, qui peccata no
stra ipse pertulit in corpore suo super lignum.

Prima ad Corinth. 15,

Absorpta est mors in victoriam. Vbi tuus mors
b. iii.

aculeus: ubi tua inferne victoria: Sed deo gratia
qui dedit nobis victoriam per dominum I E S U M
C H R I S T V M .

A D C H R I S T V M O R A T I O.

Vulnera~~bi~~, flagra , crucem qui pro me Christe
tulisti
Fer mihi præsentem tempore mortis opem:

DE DISCIPLINA ET puerorum institutione.

QVOMODO MANE
surgendum.

A T T E N V A N T, vt inquit Quidius vigila^{ta}
corpora noctes.

Quare in primis habēda cura somni, ne aut plus
quam oportet, tenuior sit somnus, aut quam ex-
pedit lethæus.

Septem horis dormisse, etiam puerō satis est.
Surgens itaque mane, primū ab ipso lecto in no-
mine patris & filii, & spiritus sancti, diei auspi-
caberis initium, & dominica oratione cōmen-
dabis te C H R I S T O.

Gratias ages, quod eam noctem voluit esse pro-
speram tibi.

Deinde precaberis, vt diem itidem illum totum
tibi fortunet bene, ne impigas in peccatum.

Mox veniens in conspectum, fœlicem diem pre-
caberi parentibus.

Inde capillitum cōmabis, manus & vultum laua-
bis, vt quam primum recipias ad ludum te.

Ante ingressum, spiritum suum, vt eibi largiatur
C H R I S T V S, orabis: quia circa illius opē
frustraneum est quod tentatur.

Interim tamen sic stude, quasi nihil sit ille auxi-
lii latus, nisi gnatuer laboranti.

Quis defixus ultor me inv
et undum d m h v i m p
Vnus est enim deus, qui vult adorari & coli so-
lus, qui solus ministrat omnibus omnia.

DE DILIGENTIA ADHIBENDA IN LVDO.

Libenter ausculta.
Et quod agis, toto pectorē agito.
Responde verecunde,
Praua non mordicus confuta, sed verecunde.
Ante omnia caue, ne meritō vapules,
Ne quid dictō factōve vel præceptorem offenda-
das, vel sodales tuos.
Disputantem contra te, magis doce quām vince.
Lectione assidua, pectus tuum bibliothecam fac.

C H R I S T I.

Ab infantia disce sacras literas.
Pro lectione quotidiana pensum fixum habeto.
Neque antē somno indulgeas, quām præclaris
aliquid sententiis pectoris calathū obleueris.
Interdum siquid de pēso lectionis omissum, mul-
tam tibi iniungito.
Disce certis quibusdā ingenii assuēscere & ini-
nit, quæ exprimas.
Probatiōres autem legito semper.
Non abscedat dies in qua non aliquid adiicias,
ut melior fias.
Nam eloquentiæ tantum studere, ut eruditio-
doctior fias, non melior, diabolicum est.
Prodest eloquentiæ, si virtus fuerit magistra.

Et mores dicentis sunt qui persuadet, non oratio.
Authores quibus paratur eloquentia sunt, Cicero
Terentius, Gellius, Quintilianus, Sallustius,
Erasmus. His praecipue velut principibus elo-
quentiae nitendum est.

Terentium quosdam audio contempnere & ve-
tare ne pueris prælegatur, sed eos qui nunquā
assessuti sunt Terentium.

Neque nos vñquā passim, & absque delectu om-
nes poetas probauimus.

In disciplinis quoque liberalibus. Item in Geo-
graphia, historiis, & in studiis linguarum con-
uenit saltem prima elementa attingere in pue-
ritia, sed de hoc alias.

D E R E D I T V E X L V D O.

Dimissus à ludo, domum propria cursus, nec in
platea moram feceris.

Domi siquid est obsequii præstandum parenti-
bus, diligenter obi.

Quod si vacat tecum repetere quod prælectum
est in schola, repece.

Nihil enim in vita pretiosius tempore.

Cogita enim quod irrecuperabile est, & perit,
& quod transfigitur.

Vbi hora ingruerit prandii, mensam adornato,

D E A P P A R A T V M E N S A E.

Mensam in tempore adornato, sed ante appa-
ratum, pocula diligenter mundato.

Mensæ primū supponitur mappa.
Inde circulus æreus.
Proximè salina.
Post hæc orbes.
Ad postremum panis.
De poculorum appositiōe patriam imitare. Nā
hīc variant regiones.

C O N S E C R A T I O M E N S A E

ex Chrysostomo.

Benedictus deus qui me pascis à juventute mea,
qui cibum præbes omni ēarni, reple lētitia &
audio corda nostra, ut astatim quod satis est
habētes, abundemus in omne opus bonum in
C H R I S T O I B S V domino nostro, cum
quo tibi gloria, honor & imperiū, cum sancto
spiritu in omne æuum. Amen.

Pater noster qui es in cælis, &c.

Alia consecratio breuis.

Quicquid apostum est, & quicquid apponetur,
fœlix ac sacrum esse iubeat, sua qui benignitas
pascit vniuersa. Amen.

D E R E M O T I O N E M E N S A E

Eodem autem modo quo apparatur, ita & remo
uetur mensa,

Orbes colligentur primū.
Post hæc, salſimenta & sal.
Inde caseus vel quicquid aliud est, πιπιμάτων,
id est secundarum metilarum.
At ultimum, vna cū pane removetur & mappa.

HYMNVS ET GRATIARVM

actio post sumptum cibum.

Gloria tibi domine, gloria tibi sancte, gloria tibi
rex, quoniam dedisti nobis escas, imple nos
gaudio & lætitia in spiritu sancto, ut inuenia
mur in conspectu tuo acceptabiles, nec pude
fiamus, quando reddes vnicuique secundum
opera sua.

Amen. Pater noster, &c.

Alia gratiarum actio.

Gratias agimus tibi pater cælestis, qui tua ineffa
bili potentia condidisti omnia tua inscrutabi
li sapientia gubernas vnuersa, tua inexhausta
bonitate cuncta pascis ac vegetas, largire fize
liis tuis, vel aliquando tecū bibant in regno tuo
nectar illud immortalitatis, quod promisisti,
ac præparasti vre dilige*tibus te.* Per IESVM

CHRISTVM. Amen. Pater noster.

DE GESTIBVS IN MI-

nisterio mensæ.

Erectus & compositis pedibus ita, sollicite ani
maduertens ne desit quid. Et cum infundendum
fiue quid porrigidum, apponendum, aut tollen
dum, ciuititer id feceris.

Amandatus aliquā, redditum matura.

Ante & post epulas deo benedicas, & consecra
tionem recitabis.

Astans non turbabis vel interturbabis aliorū ser
monē: sed interrogatus, breuiter respondeto.

Cantharos & vasa ne per obliuionē confundas,

ut alterum fundas pro altero, si varia sunt vina;
Salis ne obliuiscitor.

Scissum vel confractum mensæ ne apponito.

m 145 Internoctu sub cœnam adujicato, aptentē pro
emungendis lucernis, & ne quid fœdi odoris
in nares redoleat coniuuantum.

Emungens ne extinguito.
Sed nec assuesces etiam quicquid de mensa re-
motum est, vel reconditum domi habetur, ab-
ligurire.

Actis gratiis, & sublatis omnibus, siquid vacat,
Iusu quoipam honesto animum laxa cū sodali-
bus donec hora reuocet in ludum à lusu

DE M O R I B V S O B S E R V A N D I S
in coniuicio.

Si autem contingat, vt ipse quoque mensæ accū-
bas, hæc obseruabis,
In primis vngues præscissos habeto.
Manus lauato.

Ereclus accumbitoꝝ
Hospiti collocanti acquieueris.

Ebrietatem fugie.

Sobrius esto.

Sic præbebis hilarem te, vt semper memineris
quid deceat ætatem tuam.

Poltremus omnium admoueto manum patinæ
Siquid datur laius, recusato modeste.

Si instabitur, accipe, & gratias age.

Mox decerpta portiuncula, quod reliquum est,
illi reddito, aut alicui proxime accumbenti,

Alterius tamen vxori , marito affidente , nihil
reddideris.

Similiter principi , aut magnati nihil reddideris.
Parenti , amico , cognatis licet frangere , & distri-
buere quæ optima videntur.

Siquid lautijs ministratur , vt hepar piscium , &
alia quædam , partius gustaueris , & reliquum
distribuas.

Siquis præbibet tibi , hilariter illi bene precator ,
sed ipse bibito modice . Si non sitis , tamen ade-
moueto cyathum labiis.

Arride loquentibus.

Ipse nequid loquare , nisi rogatus .

Siquid obscoenæ dicetur , ne arride ; sed compone
vultum quasi non intelligas .

Ne cui in mensa obtrectato .

Ne cui temet anteponito .

Ne tua iactato .

Ne aliena despicio ,

Esto comis erga tenuis fortunæ sodales .

Déferto neminem .

Ne sis lingua futili .

Ita fiet , ut sing ipuidia laudem inuenias , & ami-
cos pares .

Si videris conuiuum esse prolixius , precatus ve-
niā , ac salutatis conuiuis , subducito te à mēla
Panem pectore ne prosclideris .

Digitulos , proscindens cultro , ne apposueris .

Quæ ante & iuxta te posita sunt edito .

Decerpturus ex catino quippiā , summo cultro

comprehendito.

Ne, vt sus, effundas te supra cibum.

Ne confundas, vel turbaueris præsertim digitis
quæ posita sunt in catino.

Oua manducaturus, panem conscindito frustilla
tim prius, Verum nequid prætersunt curabis

Mature edes ouum.

Testas non confractas in catinum reiicit.

Inter edendum ouum non potabis

Comeſturus thoracē præseruabis ne cōmacules
Piper quoque edens exigitos non prætinges.

Suprema labia, aut nasum manica non emuges
inter epulandum.

Nasum non absterges, nisi stropheolo, idque ci
uiliter & modeſte.

Mucum digito non excalpes.

Salino digitos ne iudas, neve falsoamentis & pi
peratis omnibus.

Buccellas ne nimis dēlas sumito, vel amplas, sed
singulas conscindito.

Ex ore nihil extraxeris in orbem:

Caput inter epulas ne scalpito.

Omnis cachinnus effusus in conviuio turpis est.

Potaturus duobus digitulus labra suprema abſ
tergito.

Non appareat supernatans in poculo tuo sagi
men aut pinguedo.

Sed neque cibum habens in ore, & necdum voz
rato potabis.

Simul & mandere & loqui rusticum.

Screare similiter, aut oscitare, aut expuere crebrius, similiter incivile habetur.

Agreste & ethnicum est, in supremo cubito recumbere.

Panem tinctū vino edere ex poculo, in cœtu hominum ridiculum est.

Non recumbas in dorso supinus.

Cochleari quantum satis est haurito & sorbeto. Inter sorbendū nihil distilles, neque bis uno hauritu sorberis.

Donec māderis & glutinieris ne sorbeas iterum Caninum est immensos bolos vorare, & ossa rodere.

In ossibus siquid pulpamenti hæret, modestè cultro proscindito.

Alii verò coniuia quid præcerpāt, vel appositū habeant, ne temere circumspectaueris.

Quod semel dentibus demorsum ac rosū, paropſidi ne inferas.

Italica, & Galliensi ciuitas est, sed apud Germanos turpis, ossium & eduliorum quinque illas sub mensam deuicere.

Inde cés quoque vnguisbus, lingua aut cultro repurgare detes: sed agendū id est extra cōiutiū

DE HIS QVAE POST

PRANDIVM.

Compositis & remotis omnibus, atque gratiis actis, siquid vacat, Iusu quopiam honesto laxa cum fodalibus animum, donec hora reuocet à Iusu in Iudum.

c.i.

Ad lectionem adsis rursum in tempore, totis vi-
ribus hoc agens quod postulat locus.

DE REFECTIO NE P R I V A T A:

Cibus sit temperatus ac tempestivus.

Prande liberalius.

Coena parcior.

Cibi vel potus non quantum libidini, sed quan-
tum naturae satis est sume.

Pransus hilariter quædam facito;

Snob cœnam paulisper ambula.

Caenaturus idem facito.

Ieiunus studebis ac scribes.

DE P R A E C E P T O R E E L I G E N:

do, & obedientia illi exhibenda

Präceptorum tibi deligas quam eruditissimum.

Neque enim fieri potest, ut is recte quenquam eru-
diat, qui sit ipse ineruditus.

Quem simul atque nactus fueris, fac modis omni-
bus efficias, ut ille patris in te, tu filii vicis-
sim in illum induas affectionem.

Neque minorem enim honorem debemus iis, à
quibus recte vivendi rationem, quam à quibus
vivendi initia sumpsimus.

Alioquin credito te frustra literatum præcepto-
rem habiturum, nisi habueris & amicum.

Deinde, ut te illi attentum, & assiduum præbeas

Optima quæque statim ac primum dice.

Extremæ est dementiae discere dediscendas

Präceptorum interpretantem, non attentus mo-

dd, sed & audius auscultato,
Non contentus impigre sequi differentem, ali-
quoties præuolare contendit.

Omnia illius dicta memoriae, præcipua etiam li-
teris mandabis, fidelissimis vocum custodibus.
Noli committere, ut codices eruditos habeas
ipse ineruditus.

Audita ne effluant. aut apud te, aut apud alios
retracta:

Diem in horas partire, quibus certa habeas quæ
legas.

Nec his contētus, aliquam temporis partem tas-
cita cogitationi tribuere memento.

Conflictatio, & tanquam palæstra ingeniorum
nervos animi præcipue tum ostendit, tum ex-
citat, tum adatque.

Nocturnas lucubrationes atque intēpestiuſa stu-
dia fugito. Nam & ingenium extinguit, & va-
letudinem vehementer offendunt.

Aurora musis amica est, apta studiis.

D E R A T I O N E S T V D I I EX R O-
dolpho Agricola.

In studiis formandis duo præcipue spectanda
sunt:

Primum quod studiorum genus maxime sefas-
ri velis. Secundū, qua ratione, in eo quod ele-
geris, plurimum efficias.

De primo, si facultatum vberior copia, & fœlici
or ingenii vis tributa est, quantum in te est, to
tis viribus ad optima te conferto.

Optima autem sunt studia linguarū, Poesis, Ora-
toria, Geographia, Medicina, Historiæ, & co-
gnitio Sacrarum literarum.

Steriles & ieiunia scientiæ sunt, quas vocamus
artes, ius canonicū, Barbaries grammaticarū,
& Sophistica philosophorū: quæ miseras ado-
lescentium onerant aures, & meliorē ingenii
spē in plerisque tenerioribus adhuc annis, ve-
lut in herba enecant.

Meliores artes sic rectè ab infantia disces, si quod
apud probatos authores legeris, id ipsum quā
maxime propriis, & idem significantibus ver-
bis reddere vernaculo sermone coneris: ut
quoties dicendum tibi aliquid est, aut scriben-
dū, quando concipiendis verbis apud animum
tuum, sese quo natura fert, vernacularus sermo
protulerit, statim quoque Latina verba ī pri-
dem illi hoc vnu accommodata sequantur.

Ad hæc si scribere voles, optimum erit id ipsum
quā plenissimè, rectissimèque patrio sermo-
ne intra animū tuū formare: deinde Latinis
pure, proprieque id significantibus explicare.
sic fiet ut omnia apertè, & quā maximè pla-
nè dicantur. Et alia multa in epistola, quam de
formando studio authoris scripsit elegantissi-
mam:

QUAE SIGNA OPTIMA E
indolis, ex Erasmo atque Politiano.

Magistris dare operam non assiduam modo, sed
alacrem

Doctioribus condiscipulis se adiungere.
Et quos moribus vel tamæ obfore credat, ab eoꝝ
rum consuetudine penitus abstinere.
Nullum cum aliis certamen habere, nisi de li-
teris, ac de us perpetuum.
Facile percipere quæ traduntur, retinere fidelia-
ter, imitari ſeſciter, pronunciare eleganter.
Ut caueat ne loquendo præcipitet sermonē, aue-
hafitet lingua, aut palato immurmuret. Sed
dintincte, clare, articulatèque ſingula verba
proferre confuescat.
Ut pudeat ad aliis ſuperari, imo magis præuola-
re contendat.
Emendatus non irascatur: laudatus gaudeat.
Ut ſtudeat ne quid ineptum, immodestū, impro-
bum ſive durum in ſe appareat.
Ne inuerecunda frons elatum ſuperciliū, licen-
tes oculis protervior lingua ſive inconstans
vultus notari poſſit.
Et non aliquid poſtremo vel in facie tota, vel in
geſtu, vel in ſtatu, vel in incessu quod offēdat
quod moleſtum aut odioſum eſſe poſſit.

M O D V S R E P E T E N D A E
lectionis ex Erasmo.

Quibusdam prima ac vnica ferè cura eſt, statim
ad verbum ediscere, quod equidem non probō.
Est enim tum magni laboris, tum fructus propè
nullius. Quorū enim attinet pſittaci more
verba non intellecta reddere: Commodo rem
igitur viam accipe.

Lectionem quidem auditam continuo relege.
ita ut vniuersam sententiam paulo altius animo insfigas.

Deinde a calce rursus ad caput redibis, & singula verba excutere incipias, ea duntaxat inquies, quae ad grammaticam curam attinent; videlicet, si quod verbū obscuræ, aut antiquis de riuationis, si heteroclitæ coniugationis, quod supernum, quod præteritū faciat, quos habeat maiores, quos nepotes, quam constructionem, quid significet, & huiusmodi nonnulla,

Hoc ubi egeris, rursum de integro percurrito, ea iam potissimum inquires, quae ad artificium rhetoricum spectant.

Siquid venustius, siquid eleganter, siquid cōcinnius dictum videbitur, annotabis indice, aut asterisco apposito.

Verborū compositionem inspicies, orationis decora sciscitatere. Authoris consilium indagabis, qua quidque ratione dixerit.

Vbi qui te delectauerit vehementius, caue præter casam (quod aiunt) fugias. Fige pedem, ac abs te ipso rationem exigē, quare tantopere sis ea ratione delectatus: cur non ex cæteris quoque parē coeperis voluptatem. Inuenere te acutum, aut exornatione aliqua oratoria, aut compositionis harmonia, aut (ne emnia persequar) simili quadam causa commotum fuisse.

Quod si aliquod adagium, siqua sententia, siquod

proverbium vetus, si qua historia, si qua fabula,
si qua similitudo non inepta, si quid breuiter, acu-
te, aut alioqui ingeniose dictum esse videbitur
id tanquam thelaurum quendam animo diligē-
ter reponendum ducito ad usum & imitatio-
nem.

His diligenter curatis, ne pigrat quarto iterarē.
Nam hoc habent eruditōrū virorū, summo inge-
nio, summis vigiliis elucubrata scripta, ut mis-
ties relecta magis magisque placent, sempér
que admiratori suo nouū miraculū ostendant.

Id quod tibi in tabula tua sāpē numero, nec sine
causa laudata, euēnire solet, quod antea non
animaduertissem, idē tibi multo amplius in boz-
nis authoribus euēniet.

Releges igitur quarto, ac quæ ad philosophiam,
maxime verò Ethicen referri posse videantur,
circunspicies, si quod exemplum quod moribus
accommodari possit.

Quid autem est, de quo non vel exemplum viue-
di, vel imago quædam, vel occasio sumi queat?
Nam aliorum pulchre ac turpiter factis, quid de-
ceat, quid non iuxta videbimus.

Hæc si facies, iā vel edidiceris, quāquā aliud egisti
Tum demum, si libet, ad ediscendi laborem acce-
dito, qui tum aut nullus erit, aut certe perquam
exigue.

Quid deinde? Restat ut cum studiosis congrega-
ris, tuas annotationes in medium proferas, via-
cissimique illorum audias, alia laudabis, alia rez-

prehendes, tua partim defendes, partim castigari permittes.

Postremò quod in aliis laudasti, tuis in scriptis imitari conaberis.

Item à lectione subinde surgas, ac tecum inambulans, quæ legeris, repetas.

D E G E S T I B V S I N L V D I S E T
re creatione animi.

Interdum animus laxandus à studio, remittendusque est.

Id efficitur honestis ludis & laxamentis.

Laxamenta honesta sunt, quæ pueros decent: trochus, pila, globi, agitatio corporis, cursus, ludus sphæræ, saltus.

Saltus genera sunt: saltus locustarum, vtraque tibia, iunctis pedibus, vnica tibia.

Probatur & palæstra, & gladiatoria, si in præsencia preceptoris & absque inuidia fiat.

Natandi artis præstat spectatorem esse potius, quam adorem.

Præstat & in cantionibus, & instrumentis musicalibus ingenium exercere: quo delectamento nihil ciuilis, nihil musis magis accommodū. Ludi prohibiti, sunt alea, tesserae, carthæ, natare in aquis, & si qui sunt alii huius generis, ganeo num exercitamenta.

Decorant ludum grauitas, honesta lætitia, vivacitas, vigor animi, ordo, charitas mutua, ingenuæ & legitimè ludere, virtute non fraude, vincere.

De honestant ludum nimia insolentia, clamor, infania, immoderata & stulta gesticulationes, nimia turba, dolus malus.

In honestis ludis pulchrum est arte vincere. Et si quilibet locum suum graviter tueretur.

Hanc gratiam conciliat quibusdam latioris quam stus ipes.

Leges ludorum haec sunt, ne quis inter ludendum nativa aut vernacula lingua loquatur, sed vel ea quae familiaris minus est, inde fiet ut & ludendo discatur.

Longe utilissimum fuerit statuta mercede, certatum ex authoribus aliquid recitare.

Id fieri curabit diligens praceptor.

MONITORIA IN COMMUNIBUS congressibus.

Quoties alloquitur te quispiam, cui debes honestum, compone te in rectum corporis statum.

Aperi caput.

Vultus sit nec tristis, nec toruus, nec impudens, nec proteruus, nec instabilis, sed hilari modestia temperatus, oculi verecundi, semper intenti in eum cui loqueris, iuncti pedes, quietae manus. Nec vacilles alternis tibus, nec sint gesticulosae manus.

Nec mordeto labra.

Nec scalpito caput.

Nec fodito aures.

Vestis item ad decorum componatur.

Totus cultus, vultus, gestus, & habitus corporis
ingenuam modestiam, & verecundam indolē
præ te ferat.

Ne sis inepte loquax aut præceps.

Nec vagetur animus interim, sed sis attentus
quid nūc dicat.

Siquid erit respōdendū, id facito paucis, & puden-
ter, subinde præfatus honorem: non nunquam
*& addito cognomento honoris gratia.

Atque identidem modice flectas alterum genu,
præsertim ubi responsum absoluueris.

Nec abeas nisi præfatus veniam, aut ab ipso dis-
missus.

DE VITANDO PRAVORVM confortio.

Adiuuat & profectum bonæ educationis, prauo
rum confortia vitare.

De his sic admonet Salomon, Fili mi si te lactau-
erint peccatores, ne acquiescas eis.

Ne delecteris in semitis impiorum.

Nec tibi placeat malorum via.

Et Paulus, Corrumptunt bonos mores colloquia
praua.

Et Modicum fermentum totam massam cor-
rumpit.

DE BONORVM SOCIETATE ambienda.

Nullibi libentius verseris, quam in conspectu
magistrorum,

Doctiores & modestiores condiscipulos huma-
nitate tibi & obsequio deuincito.

Nam hoc omnium maximè conductit ad erudi-
tionem , si quis cum studiosis & eruditis assis-
tuam & domesticā consuetudinē agere possit,

DE VERECUNDIA · AD H[abitu]l-
benda in incessu.

Sunt qui sensim ambulando gressus imitantur
histrionum, & quasi fercula pomparum por-
tantium, & quotiescumque gradum transferunt,
modulos quoddam seruare videntur, horum
gressum, ut pestem, fugito.

Nec cursim nimis ambules, nisi cum causa exis-
git alicuius periculi, vel iusta necessitatis, sed
nec lente nimis.

Est gressus probabilis, in quo est species autho-
ritatis, grauitatisque pondus, tranquilitatis ve-
stigium, hunc imitare.

Iu summa, Motus sit purus & simplex.
Nihil sicutum & affectatum placet.

Motum natura informet.

Siquid autem in natura vitii est, industria emen-
det.

Vt ars desit, non etiam desit correctio.
alec

DE PUDICITIA ET CA-
stitate

Verecundiae pudicitia proxima est, quæ nunquā
tutius retinetur, quam per verecundiā & ocu-
lorum industriam, ut intueri impudicè mulier.

res parvipendas, non vt execreris sexum, sed
vt effugias flagitium.

D E V E S T I T V.

Investitu mediocritas, & decentia plurimum
commendatur.

Sint igitur vestes nec preciosæ nimis, nec nimis
sordidæ, sed quæ publicam honestatem deceat
Semper hæreat hoc Ouidianum, Procul sint à te
iuuenes, vt fœmina, compti.

D E N V T R I T I O N E C O M A E.

De hoc audi statutum Apostoli, Vir si comā nu-
triat, ignominia est illi, mulier vero si comam
nutriat, gloria est illi, quoniā capilli ei pro ve-
lamine dati sunt.

Vir autem non debet velare caput suum, quoniā
est imago & gloria dei.

M O N I T O R I A A D C I V I L I- tatem & coniuctum humanum.

Principio eum animū obtine, qui nihil acerbum
nihil durum existimet, quod sit honestum.

Qui nullo vel metu deterritus vel spe captus ab
officio deflectatur.

Quām optimos tibi adiungito.

Malos ne lacesito.

Tua ne iactes.

Aliena ne carpas, aut despicias.

Fac cum omnibus sis ante ferendus, ipse te præ-
feras nemini.

Cum bonis officiis certa.
Nemini aduerseris.
Neminem deferto. *vix sanguine*
Esto comis etiam erga tenuis fortunæ sodales.
Omnibus te affabilem præbeto.
fatuus
Domi hilaris.
Foris compositus.
Nemini tua arcana committas, memor quæ fai-
lax sit multorum amicitia. *ne probans omnes*
Beneficium confers libenter. *aut una munus*
Inuitus accipe. *ne mortui*
Gloriaris si coetennes, ultro te sequentur inde-
queris, fugiet sequentem.
Ne capra laudari sed facta laudanda. *amiciorae latet*
Cum potentibus, aut nulla sit confluetudo ,aut
comis.
Nullus sumptus tibi sit præciosior tempore.

DE DISCRETIONE IN STUDIIS.

Contentione immodica obtrumentur ingenia di-
scientium.

Affiduitas vero & mediocritate perdurat, & quo-
tidianis exercitationibus maiorem opinionem as-
ceruum accumulat.

Satietae cum omnibus in rebus, tum præcipue
in literis nihil est perniciosius.

DE REDITV POST HORAS

pomeridianas ad domum.

Domum reuersus, idem ages quod ante prædiū;

DE HIS QVÆ POST COENAM

A coena suauibus fabulis temet oblecta.

Mox prosper am noctem parentibus precatus & familiæ, maturè te conferto ad nidum.

Illic flexis ante lectum genubus, tecū reputa quibus studiis dies tibi peractus sit.

Siquid est grauioris admissi, C H R I S T I cle
mētiā implora, ut ignoscat: pollicerēq; meliora
Sinhil est, age gratias illius beneficētiæ, quod
te seruarit ab omni vitio.

Deinde toto pectore, te illi cōmendato, ut pro
tegat ab insidiis mali genii, & ab obscenis
somiis.

His factis lectum ingressus modestè te componi
to in somnum.

Neque pronus cubueris, neque supinus: sed pris
mum lateri dextro innitens, brachiis ita trans
uersim complicatis, ut pectus muniant figura
crucis, dextra manu sinistro admota humero,
leua dextro.

DE MEDITATIONE IN LE

to sub requiem nocturnam.

Sub somnum exquisiti q̄hippiam ac dignum me
morja legito, de eō cogitantē sopor opprimat.
Id experrectus à teipso reposcas.

In summa, Plinianum illud semper animo insi
deat tuo, Omne tempus perire, quod studio nō
impertias.

FINIS.

deplicans' f'no m'no
m'ndy' v'c' m'ndy'

~~magnis~~ ~~rebus~~

~~placuisse~~ ~~l'nt'c' f'p'nd'c' p'f'c'.~~
~~m'ndy' f'c'qu'c' f'at'c'.~~
~~magnis r'm'ndat' n's'nt'c'~~

~~magnis rebus r'c'v'c'~~
~~magnis d'c'git'c' q'nd'c'~~
~~m'ndy' or'ct'c' n'g'ct'w'ns~~

Omne f'nc' c'ny p's p'nc'c'
p'nc'c' m'ndy'ndt'c' q'nd'
n'c'at'c' n'c' f'nc' m'ndy'

q'nd'c' dare v'nc'c' n'g'ct'w'ns

